

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-154 4° 1123



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-154 4° 1123



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-154 4° 1123



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-154 4° 1123



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-154 4° 1123



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-154 4° 1123

ኢ | የ

ሱ | ስ

ትንቢት ፡ ዘዮናስ ፡

PROPHETIA IONÆ,

EX

Æthiopico in Latinum ad verbum verſa,

Et NOTIS atque ADAGIIS
illuſtrata;

Cui adjunguntur quatuor GENESEOS *capita, è vetuſtiſſimo Manuſcripto Æthiop. eruta.*

Nunc primùm Ἀνατολικογλωσσοφιλομαθῶν χάριν publicata

à

M. THEODORO PETRÆO, Flensburgo-Holſato.

እምቅድመ ፡ ትነቡ ፡ ለቡ ፡፡

أَوَّلْ كُورِشْ أَنْدَنْ بِلِشْ ،

LUGDUNI BATAVORUM.
Sumptibus Auctoris, & Typis Niſſelianis.
cIɔ Iɔc LX.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-154 4° 1123

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-154 4° 1123

PERILLUSTRI, GENEROSISSIMO & EXCELLENTISSIMO

DOMINO,

D^N. JOACHIMO GERSTORF,

HÆREDITARIO in Tumbyholm, PRÆFECTO Collenborg, &c. EQVITI AVRATO, Sacr. Reg. Majeſt. & Regni Daniæ ſupremo Aulæ MAGISTRO, atq; SENATORI Graviſſimo,

Domino ſuo Gratioſiſſimo, & Mecænati Ampliſſimo

Perpetuam Felicitatem.

Perilluſtris & Magnifice Heros ac Domine,

POſt tot exantlata perquàm laborioſæ, & longinquæ peregrinationis Orientalis tædia, me reducem excepit Leida, amænum Muſarum hoſpitium, & politioris literaturæ domicilium. Quoniam verò omnis peregrinationis finis ad uſum aliquem ſpectat, ſine quo ingratus eſt omnis labor & opera, quæcunque in illam impenditur; viſum eſt mihi pretium curæ aliquid conari dignum, quod lucem aſpiceret, ceu itineris mei confecti μνημόσυνον. Ex aliis autem operibus partim affectis, partim confectis elegi Prophetam Jonam, quem reliqui undecim,

ut labor

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-154 4° 1123

ut labor concatenatus ſubſequentur, ſi propitia magis fortuna ſecundaverit. Cæterum cùm & ego more aliorum circumſpexi, cui hanc ingenii φροντίδα dedicarem & conſecrarem; Illuſtri Tua famâ adductus TE, Magnifice Domine, legere & quærere volui, qui non ſolùm omnis elegantioris doctrinæ & auctor & admirator exſiſtis: ſed & Linguarum quà Orientalium quà Occidentalium peritiſſimus; quod in tanta celſitudine rarum. Proinde ad TE, tanquam ad Sidus patriæ lucidiſſimum ſupplex confugio, quanta poſſum animi ſubmiſſione orans atq; obteſtans, ut hoc qualecunque meæ devotiſſimæ voluntatis, obſervantiæ ac venerationis monumentum, benigno vultu aſpicias, ejusque patrocinium ſuſcipias, nec pro innata Generoſitate patiaris, ut hæc materia, raritate & novitate commendabilis, in obſcuro atq; tenebris jaceat, ſed in luce, in oculis, atque in auribus omnium ponatur. Quod ſupereſt, ad vota confugio, Deoque omnium rerum laudandarum auctori animitùs ſupplico, ut quàm diutiſſimè ſuperſis, & Deo, Regi, Patriæ, Familiæ, ac Optimo cuique quàm feliciſſimè vivas.

Perilluſt. & Magnif.
T. Generoſit.

Dab. ἐκ τȣ̃ παραχρῆμα Lugd. Bat.
14. Maj. Anno ἀπὸ τῆς θεανθρωπογονίας CIↃ IↃC LX.

Humillimus devotiſſimusq, Servus

Theodorus Petræus.

ዘዮናስ ፡ ነቢይ ፡

ምዕራፍ ፡ ፩

1\. ወኮነ ፡ ቃለ ፡ እግዚአብ
ሔር ፡ ኀበ ፡ ዮናስ ፡
ወልደ ፡ አማቴ ፡ ወ
ይቤሎ ፡ እግዚአብሔር ፡ ለዮናስ ፡፡
2\. ተንሥእ ፡ ወሖር ፡ ነነዌ ፡ ሀገረ ፡ ዐ
በየ ፡ ወስብክ ፡ ሎሙ ፡ እስመ ፡ ዐርገ ፡
ገዐረ ፡ እከዮሙ ፡ ኀቤየ ፡፡ 3. ወሖረ ፡
ዮናስ ፡ ወተኀጥአ ፡ ብሔረ ፡ ተርሴስ ፡
እምገጸ ፡ እግዚአብሔር ፡ ወወረደ ፡
ሀገረ ፡ ኢዮጴ ፡፡ ወረከበ ፡ ሐመረ ፡
ዘይነግድ ፡ ብሔረ ፡ ተርሴስ ፡፡ ወተዐ
ሰበ ፡ ወዐርገ ፡ ውስቴቱ ፡ ይነግድ ፡ ም
ስሌሆሙ ፡ ተርሴስ ፡ እምገጸ ፡ እግ
ዚአብሔር ፡፡ 4. ወአምጽአ ፡ እግዚ
አብሔር ፡ ነፋሰ ፡ ዐቢየ ፡ ውስተ ፡ ባ
ሕር ፡ ወዐቢየ ፡ ማዕበለ ፡ በሕር ፡ ወ
ተመንደበ ፡ ሐመሮሙ ፡ ከመ ፡ ይሰበር ፡፡
5\. ወፈርሁ ፡ ኖትያት ፡ ወአውየው ፡
ኵሎሙ ፡ ኀበ ፡ አማልክቲሆሙ ፡ ወ
አስተዋፅኡ ፡ ወገደፉ ፡ ውስተ ፡ ባሕር ፡
ንዋዮሙ ፡ ከመ ፡ ያቅልሉ ፡ ሐመ
ሮሙ ፡ ወወረደ ፡ ዮናስ ፡ ውስተ ፡ ከ
ርሠ ፡ ሐመር ፡ ወኖመ ፡ ወነሐረ ፡፡

JONAS PROPHETA.

Cap. I.

1\. ET factum eſt verbum
Domini ad Jonam fi-
lium Amathi, & dixit
Dominus Jonæ. 2. Surge&va-
deNineveh civitatem magnā,
& prædica illis: quia aſcendit
clamor malitiæ eorum ad me.
3\. Et abiit Jonas, & fugit *in* re-
gionem Tharſis è conſpectu
Domini, & deſcendit *in* civi-
tatem Joppen: & invenit na-
vem, quæ navigaret *in* regio-
nem Tharſis: & mercede con-
duxit, & aſcendit in eam, *ut*
navigaret cum eis *in* Tharſis
à facie Domini. 4. At addu-
xit (*venire fecit*) Dominus
ventum magnum in mare, &
magnum fluctum maris, & pe-
riclitata fuit navis eorum, ut
confringeretur. 5. Et timue-
runt nautæ, & clamaverunt o-
mnes illi ad deos ſuos, & pro-
duxerunt (*collegerunt*) & pro-
jecerunt in mare vaſa ſua, ut
allevarent navem: deſcendit
autem Jonas in ventrem na-
vis, & dormivit, & ſtertuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-154 4° 1123

6. ወወረደ ፡ ኀቤሁ ፡ ዘሐደፍ ፡ ወይ
ቤሎ ፡ ምንት ፡ ያነውመከ ፡ ተንሥእ ፡
ወጸውዕ ፡ አምላከከ ፡ ከመ ፡ ያድኅነነ ፡
እግዚአብሔር ፡ ወኢንሙት ፡፡ 7. ወ
ተባሀሉ ፡ በበይናቲሆሙ ፡ ነዑ ፡ ንትዐ
ጸዉ ፡ ወናእምር ፡ በበይነ ፡ መኑ ፡ ር
ከበተነ ፡ ዛቲ ፡ እኪት ፡፡ ወተዐፀዉ ፡ ወ
ወረደ ፡ ዕፀ ፡ ላዕለ ፡ ዮናስ ፡፡ 8. ወይ
ቤልዎ ፡ ንግረነ ፡ በበይነ ፡ መኑ ፡ ረከ
በተነ ፡ ዛቲ ፡ እኪት ፡ ምንት ፡ ተግባ
ርከ ፡ ወእምአይቴ ፡ መጻእከ ፡ ወአይቴ ፡
ተሐውር ፡ ወአይቴ ፡ ብሔርከ ፡ ወም
ንት ፡ ሕዝብከ ፡፡፡፡ 9. ወይቤ
ሎሙ ፡ ዮናስ ፡ ገብረ ፡ እግዚአብሔር ፡
አነ ፡ ወአምላኪየ ፡ እግዚአሔር ፡ አ
ምላከ ፡ ሰማይ ፡ ዘገብረ ፡ ባሕረ ፡ ወየ
ብሰ ፡፡ 10. ወፈርሁ ፡ እሙንቱ ፡ ዕ
ደው ፡ ዐቢየ ፡ ፍርሃተ ፡ ወይቤልዎ ፡ ም
ንተ ፡ ገበርከ ፡ ወአእመርዎ ፡ እሙንቱ ፡
ዕደው ፡ ከመ ፡ እምገጸ ፡ እግዚአብ
ሔር ፡ ተኀጥአ ፡ እስመ ፡ ነገሮሙ ፡፡
11. ወይቤልዎ ፡ ምንተ ፡ እንከ ፡ ንረ
ሲከ ፡ ወይኅድገነ ፡ ባሕር ፡ እስመ ፡
ይትሀወክ ፡ ባሕር ፡ ወይትነሣእ ፡ ማዕ
በል ፡ ዐቢይ ፡ 12. ወይቤሎሙ ፡ ዮ
ናስ ፡ ንሥኡኒ ፡ ወወርውኒ ፡ ውስተ ፡
ባሕር ፡ ወየኀድገክሙ ፡ ባሕር ፡ አነ ፡
አአምር ፡ ከመ ፡ በእንቲአየ ፡ መጽአ
ክሙ ፡ ዝንቱ ፡ ማዕበል ፡ ዐቢይ ፡
13. ወተባአሱ ፡ ይትመየጡ ፡ መንገለ ፡
ምድር ፡ እሙንቱ ፡ ዕደው ፡ ወስእኑ ፡

6. Et deſcendit ad eum gu-
bernator, & dixit ei : Quid te
dormire facit ? ſurge, & in-
voca Deum tuum, ut ſervet
nos Dominus, & non moria-
mur. 7. Et dixerunt inter ſe :
agite, mittamus ſortes, & co-
gnoſcamus, propter quem e-
venit nobis hoc malum. Et
miſerunt ſortes : & deſcendit
ſors ſuper Jonam. 8. Et dixe-
runt ei : Annuncia nobis, cu-
jus gratia invenit nos hoc
malum : quod opus tuum ? &
unde veniſti ? & quò vadis ?
& ubi regio tua ? & quinam
populus tuus ? 9. Et dixit eis
Jonas : ſervus Domini ſum,
& Deus meus Dominus,
Deus cæli, qui fecit mare, &
aridam. 10. Et timuerunt illi
viri magno timore, & di-
xerunt ei : Quid feciſti ? nam
cognoverunt iſti viri, quòd
à facie Domini fugiſſet : quia
indicaverat eis. 11. Et di-
xerunt ei : Quid igitur facie-
mus tibi, & ceſſabit à nobis
mare ? quia commovebatur
mare, & excitabatur fluctus
magnus 12. Et dixit illis Jo-
nas : Tollite me, & projicite
me in mare, & dimittet vos
mare : ego novi, quòd pro-
pter me ſupervenit vobis hæc
tempeſtas magna. 13. Et co-
nati ſunt, *ut* reverterentur
ad terram iſti viri, & non po-
tuerunt :

እስመ ፡ ትትሀወክ ፡ ባሕር ፡ ወትትነ
ሣእ ፡ ማዕበል ፡ ላዕሌሆሙ ፡ 14. ወአ
ውየዉ ፡ ኵሎሙ ፡ ኅቡረ ፡ ኀበ ፡ እግ
ዚአብሔር ፡ ወይቤሉ ፡ ሐሰ ፡ ለከ ፡ እ
ግዚኦ ፡ ኢታጥፍአነ ፡ በበይነ ፡ ነፍሱ ፡
ለዝንቱ ፡ ብእሲ ፡ ወኢትረሲ ፡ ላዕሌነ ፡
ደመ ፡ ጻድቅ ፡ እስመ ፡ አንተ ፡ እግዚኦ ፡
በከመ ፡ ፈቀድከ ፡ ገበርከ ፡፡ 15. ወ
ነሠእዎ ፡ ለዮናስ ፡ ወወረውዎ ፡ ው
ስተ ፡ ባሕር ፡ ወአርመመት ፡ ባሕር ፡
16. ወፈርህዎ ፡ ለእግዚአብሔር ፡
እሙንቱ ፡ ዕደው ፡ ዐቢየ ፡ ፍርሃተ ፡
ወሦዑ ፡ ለእግዚአብሔር ፡ መሥዋዕተ ፡
ወበፅዑ ፡ ብፅዓተ ፡፡

tuerunt : quia concitabatur
mare, & inſurgebat fluctus
contra illos. 14. Et clamave-
runt omnes illi ſimul ad Do-
minum, & dixerunt : Abſit à
te Domine ! ne perdas nos
propter animam iſtius viri,
neque ponas ſuper nos ſan-
guinem juſtum : quia tu Do-
mine, ſicut voluiſti, feciſti.
15. Et tulerunt Jonam, & pro-
jecerunt illum in mare, & ſi-
luit mare. 16. Et timuerunt
Dominum iſti viri magno ti-
more, & immolaverunt Do-
mino hoſtiam, & voverunt
votum.

ም ፡ ፪

1. ወአዘዘ ፡ እግዚአብሔር ፡ ዐን
በሪ ፡ ዐቢየ ፡ ይሕጦ ፡ ለዮናስ ፡ ወነበረ ፡
ዮናስ ፡ ውስተ ፡ ከርሠ ፡ ዐንበር ፡ ሠ
ሉሰ ፡ መዐልተ ፡ ወሠሉሰ ፡ ሌሊተ ፡፡፡
2. ወጸለየ ፡ ዮናስ ፡ በውስተ ፡ ከርሠ ፡
ዐንበሪ ፡ ኀበ ፡ እግዚአብሔር ፡ አም
ላኩ ፡ ወይቤ ፡ 3. አውየውኩ ፡ በም
ንዳቤየ ፡ ኀበ ፡ እግዚአብሔር ፡ አምላ
ኪየ ፡ ወሰምዐኒ ፡ በውስተ ፡ ከርሠ ፡
ቀላይ ፡ ጽራኅየ ፡ ወሰምዐኒ ፡ ቃልየ ፡፡
4. ወወረወኒ ፡ ውስተ ፡ ልበ ፡ ቀላየ ፡
ባሕር ፡ ወዐገቱኒ ፡ አፍላግ ፡ ወመጽአ ፡
ላዕሌየ ፡ ኵሉ ፡ ማዕበልከ ፡ ወሞገ
ድከ ፡፡ 5. ወአነሰ ፡ እቤ ፡ ገደፍከኒኑ ፡

CAP. II.

1. ET mandavit Dominus
ceto magno, *ut* deglu-
tiret Jonam : & ſedit Jonas
in ventre ceti tribus diebus,
& tribus noctibus. 2 Et ora-
vit Ionas in ventre ceti ad
Dominum Deum ſuum, &
dixit. 3. Clamavi in afflictio-
ne mea ad Dominum Deum
meum, & audivit me : in ven-
tre abyſſi clamor meus *fuit*, &
exaudivit vocem meam 4 Et
projecit me in cor profundi
maris, & circumdederunt me
flumina : & venerunt ſuper
me omnes undæ tuæ, & flu-
ctus tui. 5 Ego verò dixi :

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-154 4° 1123

እንጋ፡ እምቅድመ፡ አዕይንቲከ፡
እደግም፡ እንጋ፡ ርእየ፡ ቤተ፡ መቅ
ደስከ። 6. ውሕዘ፡ ማይ፡ እስከ፡
ነፍስየ፡ ወዐገተኒ፡ ቀላይ፡ በታ
ሕቱ፡ ወተሰጥመ፡ ርእስየ፡ ውስተ፡
ንቅዐታተ፡ አድባር፡ 7. ወወረድኩ፡
ውስተ፡ ምድር፡ እንተ፡ ዕጽው፡
መናስግቲሃ፡ እምፍጥረተ፡ ዓለም፡
ወዐርገት፡ እምኔየ፡ እምነ፡ ሙ
ስና፡ ሕይወትየ። 8. ወተዘከርክዎ፡
ለእግዚአብሔር፡ ሶበ፡ ኃልቀት፡
ነፍስየ፡ እምላዕሌየ፡ ትብጻሕ፡ ጸ
ሎትየ፡ ኀቤከ፡ ጽርሐ፡ መቅደስከ።
9. ወእለሰ፡ የዐቅቡ፡ ከንቶ፡ ወሐ
ሰተ፡ ገደፉ፡ ሣህሎሙ። 10. ወአ
ንሰ፡ በቃለ፡ ጸሎትየ፡ እገኒ፡ ለከ፡
ወእሠውዕ፡ ለከ፡ ኵሎ፡ ዘበፃዕኩ፡
እፈድየከ፡ በሕይወትየ። 11. ወ
ተአዘዘ፡ ለእግዚአብሔር፡ ውእቱ፡
ዐንበሪ፡ ወአውፅኦ፡ ለዮናስ፡ ውስተ፡
ምድር።

Num igitur projeciſti me è
conſpectu oculorum tuorum:
addam ergo videre domum
ſanctitatis tuæ? 6. Fluxit aqua
uſque ad animam meam, &
circumdedit me abyſſus ſub
illa, & abſorptum fuit caput
meum in ſciſſuras montium.
7. Et deſcendi in terram, cu-
jus clauſi ſunt vectes ejus à
creatione mundi, & aſcendit
ex me de corruptione vita
mea. 8. Et recordatus ſum
Domini, cùm deficeret ani-
ma mea deſuper (à) me: per-
veniat oratio mea ad te *in*
templum ſanctum tuum.
9. Qui autem cuſtodiunt va-
nitatem, & mendacium, pro-
jecerunt miſericordiam ſuam
10 Egò verò cum voce ora-
tionis meæ confitebor tibi, &
ſacrificabo tibi omnia, quæ
vovi, retribuam tibi in vita
mea. 11. Et obedivit Domino
iſte cetus, & ejecit (exire fe-
cit) Ionam in terram.

ምዕ፡ ፫

፩. ወኮነ፡ ቃለ፡ እግዚአብሔር፡
ዳግመ፡ ኀበ፡ ዮናስ፡ ወይቤሎ፡ 2. ተ
ንሥእ፡ ወሖር፡ ነነዌ፡ ሀገረ፡ ዐባየ፡
ወስብክ፡ ሎሙ፡ በከመ፡ ዘቀደሙ፡
ስብከት፡ ዘእቤለከ፡ አነ። 3. ወተ
ንሥአ፡ ዮናስ፡ ወሖረ፡ ነነዌ፡ በከመ፡

CAP. III.

1. ET factus eſt ſermo Do-
mini ſecundò ad Ionam
& dixit ei. 2. Surge, & adi Ni-
neven civitatem magnam, &
prædica illis ſecundùm prio-
rem prædicationem, quam
dixi tibi ego 3. Et ſurrexit Io-
nas, & adivit Nineven, ſicut
dixe-

ይቤሎ: እግዚአብሔር : ወነነዌሰ : ዐ
ባይ: ሀገር: ውእቱ : ለእግዚአብሔር:
መጠነ : ምሕዋረ : ሠሉስ : ዕለት ::
4. ወአልጸቀ : ይባእ : ሀገረ : ሰበከ :
እምሕዋረ : ዕለት : ወይቤ : እስከ :
ሠሉስ : መዋዕል: ትትገፈታእ : ነኔዌ ::
5. ወተአምኑ : ሰብእ : ነኔዌ : በቃለ :
እግዚአብሔር : ወሰበኩ : ጾመ : ወ
ለብሱ : ሠቀ : ንኡሶሙ : ወዐቢ
ዮሙ :::: 6. ወሰምዐ : ንጉሠ : ነ
ኔዌ : ወተንሥአ : እምነ : መንበሩ :
ወለብሰ : ሠቀ : ወአእተተ : አልባ
ሲሁ : ወነበረ : ውስተ : ሐመድ ::
7. ወሰበከ : ንጉሠ : ለነኔዌ : ወለ
ዐበይቱ : ወይቤ : ሰብእ : ወእንስሳ :
ወአልህምት : ወአባግዕ : ኢይብልዑ :
ወኢምንተኒ : ወኢይትረዐዩ : ወኢ
ይስተዩ : ማየ :: 8. ወለብሱ : ሠቀ :
ሰብእ : ወእንስሳ : ወአውየዉ : ኀበ :
እግዚአብሔር : ኅቡረ : ወኀደጉ :
ኵሎ : እከየ : ምግባሮሙ : ወዐ
መፃ : ዘውስተ : እደዊሆሙ : ወይ
ቤሉ : 9. መኑ : ያአምር : እመ :
ይኔስሕ : እግዚአብሔር : ወይመይጥ :
መቅሠፍተ : መዐቱ : ወኢንመውት :
እንከ :: 10. ወርእየ : እግዚአብሔር :
ምግባሮሙ : ከመ : ነስሑ : እምፍኖ
ቶሙ : እኩይ : ወእግዚአብሔርኒ :
ነስሐ : እምኣ : ዘነበበ : እኩየ : ከመ :
ይግበር : ላዕሌሆሙ : ወኢገብረ :
እኩየ ::

dixerat ei Dominus : Nineve
autem magna civitas erat
Deo, quantum *eſt* iter trium
dierum. 4. Et appropinquans
introivit civitatem, *&* præ-
dicavit ab itinere diei, & di-
xit : uſque ad tres dies ſub-
vertetur Nineve. 5. Et cre-
diderunt viri Nineve verbo
Domini, & prædicaverunt
jejunium, & veſtiti ſunt ſac-
co minor eorum, & major eo-
rum. 6. Et audivit Rex Ni-
neve : & ſurrexit de throno
ſuo, & induit ſe ſacco, & exuit
(*depoſuit*) veſtimenta ſua, &
ſedit in cinere. 7. Et prædi-
cavit Rex Nineve, & magna-
tibus ejus, & dixit : Homi-
nes, & jumenta, & boves, &
oves non comedant nec quic-
quam, nec paſcantur, nec bi-
bant aquam. 8. Et induti ſunt
cilicio homines, & animalia,
& clamaverunt ad Dominum
ſimul, & reliquerunt omnem
malitiam operis ſui, & iniqui-
tatem, quæ in manibus eo-
rum, & dixerunt. 9. Quis no-
vit, ſi pæniteat Deum, & aver-
tat plagam iræ ſuæ : & ne ideò
moriamur? 10. Et vidit Do-
minus opus eorum, quòd pæ-
nitentiam agerent ob viam
ſuam malam : Deum verò pæ-
nituit mali, quod loquutus
fuerat, ut faceret eis, & non
fecit malum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-154 4° 1123

ም ፡ ፬

1. ወተከዘ ፡ ዮናስ ፡ ዐቢየ ፡ ት
ካዘ ፡ ወሐዘነ ፡ 2. ወጸለየ ፡ ኀበ ፡
እግዚአብሔር ፡ ወይቤ ፡ እግዚኦ ፡
አኮኑ ፡ ከመዝ ፡ እቤ ፡ በብሔርየ ፡
ወበእንተ ፡ ዝንቱ ፡ ተኀጠእኩ ፡ ተር
ሴስ ፡ እስመ ፡ አአምር ፡ ከመ ፡ መ
ሐሪ ፡ አንተ ፡ ወመስተሠሃል ፡ ርሑቀ ፡
መዐት ፡ ወብዙኀ ፡ ምሕረት ፡ ወጻ
ድቅ ፡ ወትኔስሕ ፡ በእንተ ፡ እኪት ፡፡፡
3. ወይእዜኒ ፡ እግዚኦ ፡ ንሥእ ፡ ለ
ነፍስየ ፡ እምኔየ ፡ እስመ ፡ ይኄይሰኒ ፡
መዊት ፡ እምሐይው ፡፡ 4. ወይቤሎ ፡
እግዚአብሔር ፡ ለዮናስ ፡ ጥቀኑ ፡ ት
ቴክዝ ፡ አንተ ፡፡ 5. ወእምዝ ፡ ወፅአ ፡
ዮናስ ፡ እምሀገር ፡ ወነበረ ፡ አንቀጸ ፡
ሀገር ፡ ወገብረ ፡ ሎቱ ፡ ልገተ ፡ ወነ
በረ ፡ ታሕተ ፡ ጽላሎታ ፡ እስከ ፡ ይ
ሬኢ ፡ ዘይከውን ፡ ሀገር ፡ 6. ወአዘዘ ፡
እግዚአብሔር ፡ ሐምሐመ ፡ ወበቈለ ፡
ወጸለሎ ፡ መልዕልተ ፡ ርእሱ ፡ ለዮ
ናስ ፡ ከመ ፡ ይጽልሎ ፡ እምፀሐይ ፡
እመሕማሙ ፡ ወተፈሥሐ ፡ ዮናስ ፡
ዐቢየ ፡ ፍሥሐ ፡ በእንተ ፡ ሐምሐም ፡፡
7. ወአዘዘ ፡ እግዚአብሔር ፡ በሳኒታ ፡
ዕፄ ፡ ወቀተሎ ፡ ለዝኩ ፡ ሐምሐም ፡
ወየብሰት ፡፡ 8. ወሠረቀ ፡ ፀሐይ ፡
አዘዘ ፡ እግዚአብሔር ፡ ነፋሰ ፡ ሐሩረ ፡
ዘየውዒ ፡፡ ወአሕመሞ ፡ ፀሐይ ፡

C A P. IV.

1. Et contriſtatus eſt Jonas
magna triſtitiâ, & afflictus
fuit. 2. Et oravit ad Domi-
num, & ait: ô Domine, non-
ne *eſt* ſicut dixi in regione
mea? & propter hoc fugi *in*
Tharſis: quoniam novi, quòd
miſericors es, & miſerator,
longus iræ (longanimis), &
multæ miſericordiæ, & ju-
ſtus, & pænitet te mali.
3. Nunc autem, ô Domine,
tolle animam meam à me:
quia bonum eſt mihi mori prę
vivere. 4. Et dixit Dominus
Jonæ: Num valde tu contri-
ſtaris? 5. Egreſſus eſt igitur
Jonas de civitate, & ſedit *in*
porta civitatis, & fecit ſibi
tugurium, ac manſit ſub um-
bra ejus, uſque dum videret,
quid eſſet civitati. 6. Et præ-
cepit Dominus cucurbitæ,
& germinavit, & obumbra-
vit ſuper caput Jonæ, ut ope-
riret illum à ſole ob dolo-
rem: & lætatus eſt Jonas ma-
gna lætitiâ ob cucurbitam.
7. Et præcepit Dominus po-
ſterô die vermi, & percuſſit
illam cucurbitam, & areſa-
cta eſt 8. Oriente verò ſole,
præcepit Dominus vento ca-
lido, qui urit, & afflixit ſol
caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-154 4° 1123

ርእሶ፡ ለዮናስ ፡ ወሀንበዘ፡ ወተቆጥዐ፡
ነፍሶ ፡ ወይቤ ፡ ይኄይሰኒ ፡ መዊት ፡
እምሐይው ፡፡፡ 9. ወይቤሎ ፡ እግ
ዚአብሔር፡ ለዮናስ፡ ጥቀኑ፡ ትቴ
ክዝ፡ በእንተ ፡ ሐምሐም ፡ ወይቤ ፡
ጥቀ ፡ ተከዝኩ ፡ እስከ ፡ ለሞት ፡፡
10. ወይቤሎ ፡ እግዚአብሔር ፡ አን
ተሰ፡ ትምሕክ፡ ሐምሐመ፡ ዘኢጻመ
ውከ ፡ ወዘኢሠቀይከ፡ ዘሌሊተ ፡ በ
ቈለት፡ ወሌሊተ፡ ሞተት ፡፡ 11. ወ
አንሰ፡ ኢይምሕክ፡ ለነኔዌ ፡ ሀገር፡
ዐባይ ፡ ዘሀለወ ፡ ውስቴታ ፡ ሰብእ ፡
ፈድፋደ ፡ እምዐሠርቱ፡ ወክልኤቱ፡
እልፍ፡ እለ፡ ኢፈለጡ ፡ ፀጋሞሙ ፡
እምየምኖሙ ፡ ወእንስሳ፡ ብዙኃ ፡፡

caput Jonæ, & æſtuavit, ac tæ-
dium cepit anima ejus, & di-
xit : Melius eſt mihi mori,
quàm vivere. 9. Dixit autem
Dominus Jonæ : Num valde
contriſtaris ob cucurbitam ?
Et dixit : valde contriſtatus
ſum uſque ad mortem. 10 Et
dixit ei Dominus : Tu parcis
cucurbitæ, quam non elabo-
raſti, neque illam irrigaſti :
quæ nocte germinavit, & no-
cte emortua eſt. 11. Ego au-
tem non parcerem Nineve
civitati magnæ, in qua ſunt
homines pluſquam duodecim
mille, qui non diſtinxerunt
ſiniſtram ſuam à dextra ſua, &
jumenta multa.

ለይኩን ፡ ስብሐተ ፡ እግዚአብሔር ፡
ለዓለም ፡ ወለዓለመ ፡ ዓለም ፡
አሜን ፡ አሜን ፡፡

Sit gloria Domino in ſecu-
lum, & in ſeculum ſeculi,
Amen, Amen.

BREVES NOTÆ, & nonnulla Æthiopum ADAGIA, materiæ illuſtrandæ gratiâ ſelecta.

Cap. 1: 1. ቃል ፡ Verbum, Sermo, Vox: Tonitru, Exod. 9:23. 28. 33. & Verſus libri. Plur. ቃላት ፡ Scitè & venuſtè *Legatus* Æthiopibus vocatur ቃለ ፡ ንጉሥ ፡ verbum Regis, uti Latin. *Orator*, Gall. *Orateur*, qui mandatum Regis *Oratione* peragit. Et ልዑለ ፡ ቃል ፡ altus eloquio, ſeu ſublimis ſermonis *Propheta*: quo encomio ob vaticinia præ cæteris inſignitur Jeſaias; quippe ut vir nobilis, & urbanæ elegantiæ, nec habens quicquam in eloquio ruſticitatis admixtum, teſte S. Hieronymo in Prologo ſuper Jeſa. ቃለ ፡ እግዚአብሔር ፡ verbum Domini, ut illud Salom. cap. 3:14. እምወርቅ ፡ ወእምብሩር ፡ ይኄይስ ፡ ዘዘገበ ፡ ቃለ ፡ እግዚአብሔር ፡ Melius eſt theſaurizare *verbum Dei*, quàm aurum & argentum. ቃል ፡ eſt Hebr. קול. Arab. قول. inde Græc. καλεῖν.

Verſ. 3. ሖረ ፡ Ivit, profectus eſt. Ab hac radice originem ducit ሐዋርያ ፡ Apoſtolus, Nuncius, ab *Eundo*, juxta illud Marci 16: 15. ሖሩ ፡ ውስተ ፡ ኵሉ ፡ ዓለም ፡ *Ite* in univerſum mundum. Arab. حواري. Omiſſis, brevitatis causâ, aliis Philologorum derivationibus, quà in Lingua Arabica, quà Chaldaica occurrentibus.

Verſ. 4.

Verſ. 4. Notetur ἐν παρόδῳ harum trium vocum differentia. 1. ነፋስ : Ventus. 2. ነፍስ : Anima. Hebr. נֶפֶשׁ. Arab. نَفْسٌ. 3. ነፍስት : ſive ነፍስት : ዘሥጋ : Anima carnalis, ſeu mortalis, Corpus.

Ibid. ባሕር : Mare. Arab. بَحْرٌ. Item Occidens, ut Hebr. יָם. Ex. gratia Geneſ. 28: 14. እስከ : ባሕር : ad occidentem uſque. Et Exod. 10: 19 flare fecit ነፋሰ : እምባሕር : ventum ab occidente. In lingua vulgari ባሕር : ነጋሢ : & in Literali ንጉሠ : vel ነጋሢ : ባሕር : ſeu ነጋሢ : ዘባሕር : maris rex, ſive Pro-rex maris, cujus aula eſt ዱባርዋ : Debarva, biduo ſeu triduo cum Carvano à mari rubro diſtans. Vulgò in mappa Geographica legitur *Banagaſſo*, vel *Barnagas*. Ita fermè omnia regionum nomina perperam & corruptè ſcribuntur; ut ደምበያ : *Dambaja*, eſt regnum, in quo Rex regum hodie reſidet. Vulgò *Adembea*. Et ብሔረ : vel ሀገረ : አምሓራ : regio *Amharà*, vulgò *Amara*. አምሓራ : h. e. in lingua docta ሠናይ : bonus, pulcer qſ. pulcra regio. በጌ : ምድር : *Bage modr*, & in literali, ምድረ : አባግዕ : terra ovium, regio à *pecorum* abundantia denominata. Vulgò *Baga midri*. ቢሳን : *Biſan*, eſt regio, quæ biduum cum dimidio à mari rubro abeſt, in qua ſitum eſt ደብረ : ቢሳን : *Dabra Biſan*, h. e. Monaſterium *Biſan*. Vulgò ſcribitur *Aviſon*; Et alia id genus infinita.

Verſ. 5. ከርሥ : venter, concavum, interius. Hebr. כָּרֵשׂ, ingluvies. Obſervetur Adagium Æthiopicum : ዶርሆ : እንዘ : ይበልዕ : በበአሐዱ : ይመልእ : ከርሣ : h. e. Gallina comedens ſingula, implet *ventriculum* ſive ingluviem ſuam. Si enim, ut canit Heſiodus, σμικρὸν ἐπὶ σμικρὸν καταθεῖο, καὶ θαμὰ τοῦθ᾽ ἔρδοις, τάχα κεν μέγα καὶ τὸ γένοιτο. Simili adagio dicunt Arabes: قَطْرَةٌ بِقَطْرَةٍ تَصِيرُ غَدِيرًا, Gutta gut-

tæ addita evadit ſtagnum. Perſæ: اندك اندك بهم شود
بسيار، , Paucum pauco junctum, erit multum. Turcæ:
، دانه دانه خرمن اولور.

Ibid. ንሕረ : ſtertuit. Inde መንሕር : Follis qſ. à *ſtertendo.* Idem quod መንሁብ : Malach. 3: 3. ab አንሀበ : *ſufflavit* ignem. Ut & German. Blaßbalg/ à *Flando.*

Verſ. 6. ዘሐዳፍ : Qui clavum tenet, ſive ሐዳፊ : idem, Gubernator *navis*, Act. 27: 11. ab ሐደፈ : gubernavit, in ſpecie *navem.* In Liturgia Æthiopica eleganter Deus dicitur ሐዳፌ : ነፍሳት : Gubernator, ſeu Rector animarum, ዘበቱ : ኵልነ : ንትዌከል : ዘንተ : አምላክ : cui nos omnes confidimus, hic Deus *eſt.*

Verſ. 7. ንትዐጸው : ſortiamur. ተዐፀወ : ſortem miſit, ſortem projecit, ut Pſalm. 21: 19. Hebr. 22. ተዓፀዉ : ዲበ : ዐራዝየ : jecerunt ſortem ſuper indumento meo. Et Matth. 27: 35. verbum deductum à nomine ዕፃ : ſors, quæ omni ſigno, chartâ ſcilicet, lapillo, ligno, &c. perficitur. (At ዕፀ : eſt lignum, arbor, Pſalm. 1: 3. Hebr. עץ. Et ዕፄ : vermis, Jonæ 4: 7.) አስተዓፀወ : ſortiri fecit, ſortem miſit, Lev. 16: 8. Act. 1: 26. Ut παρέργως verbi ተፈሰሰ : cujus ſignificatio congruit cum ተዐፀወ : ſortitus fuit; mentio injiciatur, vid. Johan. 19: 24. ንትፌሰስ : ſortem jaciamus. 2. ተፈሰሰ : peculiariter denotat *Micare digitis*, Ital. *Giuocare alla mora* : eſt luſus etiamnum apud Italos & Æthiopes uſitatus, & extentis colluſorum digitis alter alterius numerum divinare allaborat. In hoc luſu tota manus Æthiopibus dicitur ወልታ : *ſcutum*, *clypeus.* Digitus unus ኵናት : *lancea*, *framea.* Digitus index, & digitus medius ቀስት : *arcus.* Atque hoc luſûs genus ad ſortitionem tunicæ Chriſti, à militibus inſtitutam commodè applicari poteſt.

Verſ. 8.

Verſ. 8. ንግረነ : Indica nobis, à ነገረ : nunciavit, dixit. ነገር : ſermo, verbum, negotium, unde obſerv. ነገረ : ጠቢባን : ይከውን : ለፍቅር : ወነገረ : አብዳን : ይከውን : ለጋእዝ : h. e. ſermo ſapientum erit ad dilectionem, (eſt dilectio): at ſermo ſtultorum erit ad contentionem, (eſt contentio). ነጋሪ : ſive ተናጋሪ: Narrator, Prædicator: hinc ተናጋሪ : መለኮት : Prædicator, Orator Divinitatis; quo elogio κατ' ἐξοχὴν Æthiopibus commendatur *Johannes Euangeliſta*, quem alio nomine appellant ንስር: Hebr. נֶשֶׁר, Aquilam, German. den hochfliegenden Adler. Talia encomia, ſeu titulos etiam Prophetis & Apoſtolis eleganter attribuunt: ut ሊቀ : ነቢያት : Princeps Prophetarum, *Moſes*. በላዔ : መጻሕፍት : Devorator, aut eſor librorum, *Ezechiel*. መግረሬ: አናብስት: Domitor leonum, *Daniel*. ጠቢብ: Sapiens, *Salomon*. ቀናኢ : Æmulator, zelotes, *Elias*. ተዐጋሢ : ſeu መስተዐግስ : Patiens, *Job*. ሊቀ : ሐዋርያት : Princeps Apoſtolorum, *Petrus*. ልሳነ : ዕፍረት : Lingua ſuavis odoris, ſeu unguenti odoriferi, *Paulus*. አብሳሬ : ትስብእት : Annunciator humanitatis, *Gabriel*. ፈታሔ : ማሕፀን : Aperiens vulvam, *Raphael*. ሊቀ : መላእክት : Princeps Angelorum, Archangelus, *Michael*. ሊቀ : ዲያቆናት : Princeps Diaconorum: item ቀዳሚ : ሰማዕት : Protomartyr, *Stephanus*. አፈ : ወርቅ : Os auri, *aurea* verba *ore* fundens, *Chryſoſtomus*, &c.

Verſ. 9. የብስ : *Arida*, more Hebræorum dicitur *Terra*, ſicca terra, reſpectu aquarum exundantium. Hebr. יַבָּשָׁה, & יַבֶּשֶׁת, idem. Arab. يُبْس. Similiter Græc. ξηρὰ, *Arida*, Terra naturâ ſua ſicca. cujus oppoſitum ὑγρὰ, Jonicè ὑγρὴ, *Humida*, i. e. *Mare*. Ita legitur Matth. 23: 15. circuitis በሕረ: ወየብሰ: mare & *Aridam*. conf. Hebr. 11:29. Et Pſalm. 94: 5. Hebr. 95. ወለየብስኒ : እደዊሁ : ገብራ : *Aridam* autem manûs ejus fecerunt. Item Gen. 1: 10.

ወሰመዮ :

ወሰመዮ፡ እግዚአብሔር፡ ለየብሰ፡ ምድረ፡ & vocavit Dominus *Aridam*, terram. Verbum eſt የብሰ፡ *Aruit*, *Exaruit*. Hebr. יָבֵשׁ. Arab. يَبِسَ, idem. In 4. conjugat. አይበሰ፡ *Arefecit*, Siccavit, Exſiccavit, ut Joſu. 2:10. & cap. 4:23. አይበሰ፡ ለባሕረ፡ ኤርትራ፡ *Arefecit* mare Erythræum, ſive rubrum.

Verſ. 10. ገጽ፡ Facies, vultus. Gen. 8:7. እምነ፡ ገጸ፡ ምድር፡ à facie terræ. ገጸ፡ ጠቢብ፡ *ſapiens* vel peritus *faciei*, φυσιογνώμων. Et in lingua vulg. ገጸ፡ በረከት፡ *faciei benedictio*, h. e. Donum, Munus. Ital. *Preſente*. Idem ac ብነት፡፡

Verſ. 14. ሐሰ፡ ለከ፡ እግዚኦ፡ Abſit à te, Domine, Propitius eſto tibi, Domine. Rabb. חָס וְשָׁלוֹם, Parce, & pax ſit. Græc. ἵλεώς σοι κύριε. Eadem amoliendi malum formula exſtat Matth. 16:22. ሐሰ፡ ለከ፡ እግዚኦ፡፡ ſic dicitur ሐሰ፡ ሊተ፡ abſit à me, Gen. 44:17. ሐሰ፡ ለነ፡ abſit nobis, Rabb. חָס לָנָא, Ioſu. 24:16. ሐሰ፡ ለክሙ፡ abſit à vobis, Geneſ. 43:24. Iudic. 19:23. ሐሰ፡ ሎሙ፡ ለአግብርቲከ፡ abſit ſervis tuis, Geneſ. 44:7.

Cap. 2:1. ይሐጥ፡ deglutiet, devorabit, pro ይውሕጥ፡ à ወሐጠ፡ abſumſit, devoravit. conf. Num. 21:28. እሳት፡ ወሐጠት፡ ሐውልት፡ አርኖን፡ ignis devoravit excelſa Arnon.

Verſ. 4. ልበ፡ ባሕር፡ Cor maris, h. e. medium maris, intima ejus pars, more Hebr. לְבַב יָם. Et Græc. ἡ καρδία τῆς γῆς, cor terræ, Matth. 12:40.

Ibid. Obſervanda eſt differentia inter hæc duo Nomina. ሞገድ፡ fluctus decumanus, i. e. ingens, *montis*, *navis* inſtar, &c. diciturque de *mari*. Plur. ሞገደት፡ ባሕር፡ fluctus maris, Iudæ 13. verſ. Et ማዕበል፡ fluctus minor, ac dicitur de *mari*, & *fluviis* ut ማዕበለ፡ ባሕር፡ fluctus,

seu

ſeu unda maris, 4. Eſdr. c. 4: 15. 17. Plur. ማዕበላት ፡ fluctus, undæ. Conjunguntur & hæ duæ voces Pſal. 41:8. Hebr. 42. ኵሉ ፡ ማዕበልከ ፡ ወሞገዲከ ፡ omnes undæ tuæ, & fluctus tui.

Verſ. 5. ቤተ ፡ መቅደስ ፡ domus ſanctitatis, *ſanctuarium.* vox ቤት ፡ Domus (à ቤተ ፡ manſit, ſubſtitit, pernoctavit, Geneſ. 28:11. & Judic. 19:6. ቢት፡ ዮምኒ ፡ mane hodiè. Item verſ. 10. አበየ፡ ቢይት፡ noluit pernoctare.) varias admittit Periphraſes, ut בַּיִת, apud Hebr. & بَيْت, Arab. Sic dicunt ቤተ ፡ ንጉሥ ፡ domus Regis, i. e. *Aula.* ቤተ ፡ መጻሕፍት ፡ domus librorum, *Bibliotheca.* ቤተ ፡ ምርፋቅ ፡ domus accubitûs, Ital. *Refettorio,* h. e. *Refectorium,* à *reficiendis* viribus. ቤተ ፡ ዱዉያን ፡ vel ዱያን ፡ domus infirmorum, Νοσοκομεῖον, *valetudinarium.* ቤተ ፡ እንግዳ ፡ domus peregrinorum, ξενοδοχεῖον, *Xenodochium.* ቤተ ፡ ነፍስ ፡ vel መንፈስ ፡ domus animæ, *corpus.* ቤተ ፡ ክርስቲያን ፡ domus Chriſtianorum, *Eccleſia.* ቤተ ፡ መየሲ ፡ domus tabernarii, *Taberna vinaria,* οἰνοπώλιον. ቤተ፡ ልብስ፡ ſeu አልባስ ፡ domus veſtium, *Sacrarium.* Ital. *Sacriſtia.* ቤተ ፡ ሐበሊ ፡ *Balneum,* Ital. *Stuffa.* ቤተ ፡ ሐኖት ፡ *Macellum,* taberna carnaria. ቤተ ፡ ፋንዱቅ ፡ *Diverſorium,* taberna diverſoria. (ፋንዱቅ፡ puto corruptum ex Græc. πανδοχεῖον, τὸ, vel πανδοκεῖον. Rabb. פּוּנְדְּקִי, ex Græc. πανδοχεύς, hoſpes, caupo. Arab. فُنْدُق, diverſorium. Ital. *Fondaco, la bottega groſſa.*) Et alia id genus plurima.

Verſ. 6. ማይ ፡ Aqua. Hebr. מַיִם, idem, Aquæ. Arab. مَاءٌ. Ægypt. cum articulo ⲠⲒ, i. e. Arab. أَلْ, dicitur ⲠⲒⲘⲰⲞⲨ. Græc. Μῶυ, τὸ ὕδωρ, Aqua. Inde Æthiop. ማየ፡ ሐመት፡ *Atramentum,* propr. aqua carbonis, ex quo illud conficiunt. Conf. 2. Joh. 12. verſ. & 3. Joh. 13. verſ. ማየ ፡ ሐሊብ ፡ aqua lactis, i. e. *ſerum,* vel *lactis ſerum,*

Græc. ὀῤῥὸς γάλακτος. ማየ፡ አይኅ፡ aqua deſcenſûs, i. e. *diluvium*. ማየ፡ ሉብን፡ aqua Lóbn, h. e. *Stacte*, στακτή. ሉብን፡ eſt arbor parva, ex cujus floribus deſtillatur aqua odorifera, quâ ſuavis odoris ergò faciem illinunt. Sic doctus Poëta, cui nomen አባ፡ Georgius, in laudem B. Virginis Mariæ canit: ማየ፡ ሉብንኑ፡ ሰሊኖትኑ፡ መዐዛኪ፡ ዘይመስል፡ መኑ፡ Num *ſtacte* ſalihot? (*ſalihot* eſt arbor boni odoris, ſeu bonæ fragrantiæ.) odor tuus ſuavis cui aſſimilatur?

Ibid. ንቅዐታት፡ Sciſſuræ, foramina, à Sing. ንቅዐት፡ foramen, verb. ንቅዐ፡ perforavit. Plur. ንቅዐታት፡ ኰኵሕ፡ foramina petræ, Jeſa. 2: 19. In Manuſc. meo Pſalteri:, ut & in edit. Johan. Potken, cui oratio Jonæ eſt annexa, legitur ጥንቅቃት፡ ደብር፡ ima ſeu infima montis, in quem ἄνω κάτω itur.

Cap. 3: 6. ንጉሥ፡ Ἄναξ, Rex. ንጉሥ፡ ነገሥት፡ Rex regum, *Deus*, 1 Timoth. 6: 15 Hunc titulum etiam ſuſtinet Imperator Æthiopiæ, reſpectu ſeptem Pro-regum, (*Pro-rex* in lingua vulgari Æthiop. vocatur ራስ፡ Gall. *Vice-roy*. Arab. رَئِيسٌ & رَيِّسٌ, caput, princeps. Vulg. *Raïs*. Hebr. ראש.) quibus cum imperio præeſt. Titulus ejus hoc modo deſcribitur: ጥቀ፡ ልዑል፡ ወኃያል፡ ንጉሥ፡ ነገሥት፡ ዘኢትዮጵያ፡ h. e. Altiſſimus & Potentiſſimus *Rex regum* Æthiopiæ Baſilides, &c. filius Salomonis, qui eſt filius Davidis. Traxit autem originem, juxta Æthiopum traditionem, à Rege Salomone, idque interventu Reginæ Saba ſive Auſtri, incredibili tactæ deſiderio audiendi ſummam illius ſapientiam. In hujus Regis regum armis depictus eſt አንበሳ፡ *Leo* cum መስቀል፡ ዘወርቅ፡ *cruce aurea* in pedibus, & corona in capite, adjuncto *Symbolo* regio, ex cap. 5: 5. Apocal deſumto: ሞአ፡ አንበሳ፡ ዘእምነገደ፡ ይሁዳ፡ *Vicit Leo ille de tribu Juda*. Europæi inſcitè illum appellant *Preſbyterum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-154 4° 1123

rum Iohannem, Prieſter Johann; de quo aliàs, ሕመ፡ ይሠምር፡ እግዚአብሔር፡ fuſiùs dicetur.

Cap. 4: 5. ለገት፡ *umbraculum*, *tugurium*, locus ceſpitibus, ſtramentis & frondibus à radiis ſolis munitus. Sic exſtat Jeſa. 1:8. Filia Sion, ከመ፡ ለገተ፡ ዐቃቤ፡ ቀምሓ፡ ſicut *tugurium* cuſtodis frumenti. conf. Pſalm. 78: 1. Hebr. 79. Et Michæ. 1: 6. እሬስያ፡ ለሰማርያ፡ ከመ፡ ለገተ፡ ዐቃቤ፡ ቀምሓ፡ በገዳም፡ Ponam Samariam ut *tugurium* cuſtodis tritici in campo. Plur. Hagg. 1: 4. ለገታተ፡ ቈላት፡ *Tuguria* vallis, domus in valle poſitæ. LXXII. κοιλόσταθμοι. At ለገምት፡ eſt *Profunditas*, *profundum*, βυθὸς, ὁ, ceu Matth. 18: 6. ለገምተ፡ በሐር፡ *profundum* maris. Itidem Pſalm. 106: 24. Hebr. 107. መንክሮ፡ በውስተ፡ ለገምት፡ mirabile ejus in *profundo*.

Verſ. 8. ሐሩር፡ calor, æſtus, καύσων, ὁ. ዐቢይ፡ ሐሩር፡ magnus æſtus, Apocal. 16: 9. ሐሩረ፡ መርቄ፡ calor vallis profundæ. Arab. حَرّ & حَرَارَة, calor, caliditas. Hebr. חָרַר, exarſit, exuſtus fuit. Sed ሐሪር፡ Arab. حَرِير, eſt Sericum, σηρικόν.

Verſ. 10. ሠቀየ፡ rigavit, irrigavit, 1 Corinth. 3: 6. Arab. سَقَى, idem. Hebr. הִשְׁקָה, potum præbuit, irrigavit. Hinc German. Schencken. Et Gall. *Eſchanſon*, pocillator, pincerna. ሣቀየ፡ autem ſignif. afflixit, vexavit, tribulavit, tribuliren / verbi cauſâ Geneſ. 12: 14. ሣቀዮ፡ ዐቢየ፡ ሠቃየ፡ afflixit eum magna afflictione. Et Pſal. 3: 1. እለ፡ ይሣቅዩኒ፡ qui tribulant me. conf. Pſalm. 12: 5. Hebr. 13. & 26: 3. Hebr. 27: 2. &c.

Verſ. 11. ዐሠርቱ፡ ወክልኤቱ፡ እልፍ፡ decem & duo millia, h. e. duodecim millia. Ita quoque legitur in vetuſtiore S Hieron. tranſlatione. LXX. hab. δώδεκα μυριάδες. Hebr. שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה רִבּוֹ, duodecies decem millia, centum viginti millia.

Ibid.

Ibid. ፈለጠ : Segregavit, ſeparavit. ዘፈለጠ : እግዚአብሔር : quam ſegregavit Deus, Pſalm. 67: 10. Hebr. 68. Paſſ. ተፈለጠ : ſeparatus fuit, ut ኢተፈለጥኩ : እምገጽከ : non ſegregatus fui à facie tua, Geneſ. 48: 11. Aſt ፈልሐ : Græc. φλύω & φλύζω, ſignific. ebullivit, ferbuit, አፍልሐ : ebullire fecit. ፍልሐት : ebullitio. Exemplum unicum, quod ſcio, in N. T. occurrit, ſcil. Judæ 13. verſ. እለ : ይፈልሑ : ለኃሣሮሙ : qui *ebulliunt* confuſionem ſuam. Loc. inſuper parallel. inveni Exod. 9:9.10. አጽልዕት : ዘይፈልሕ : ዲበ : ሰብእ : ulcera quæ *erumpunt* ſuper homines. LXX. ἕλκη φλυκτίδες ἀναζέουσαι ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ulcera, & puſtulæ *efferveſcentes* in hominibus. Item in libello precum: ፈልሑ : ማያት : ከማሁ : አፍልሐ : ቃለ : እግዚአብሔር : ውስተ : ልበ : ገብርከ : *ebulliverunt* aquæ, ſicut *ebullire fecit* verbum Dei in corde ſervi tui. Et in Homilia Æthiopica : ያፍልሑ : ቅብአ : *ebullire faciunt* oleum. Atque hæc dicta ſunto de NOTIS, παχυλῶς καὶ αὐτοσχεδιασὶ confectis.

ADAGIA, ET SENTENTIÆ

QUÆDAM ÆTHIOPUM.

I.

ለእመ : ሖርከ : ብሔረ : ባዕድ : ኢትኩን : ከማከ : ኩን : ከማሆሙ :: h.e. ad verbum : Quum profectus fueris in regionem alienam, ne ſis ſicut tu, eſto ſicut illi.

NOTÆ.

Si enim *fueris Romæ, Romano vivito more; Si fueris alibi, vivito ſicut ibi.* Huic affine eſt Hiſpanicum: *Donde quiera que fueres, haras*

como

como bieres, y non como quiſieres. Quia verò cuilibet regioni ſuus eſt mos, id quod Turcæ hiſce exprimunt verbis: هر يرڭ بر توشه سي وار Græc. Νόμ⊗ ϰ̀ χώρα. Lat. *Lex & regio.* German. Ländlich/ ſittlich. Ital. *Ogni paeſe ha ſuoi coſtumi.* Ergò ſervire tempori, & ſe ad ingenium loci accommodare convenit.

II.

በአሐዱ፡ ፍቁር፡ ይስሐብ፡ ካልኡ፡፡ Uno amico attrahetur alter, ſive proximus ejus.

N o t æ.

Contracta unius amicitiâ, nullo negotio efficitur quis compos alterius. Huic conſonat Hiſpan. *Un amigo haze otro.* Et German. Ein freund macht den ander. (ፍቁር፡ eſt Dilectus, Amicus, Jeſa. 5: 1. Verbum eſt አፍቀረ፡ Amavit, Dilexit, propr. mirifica & ſingulari dilectione: ut, Tolle filium tuum, ዘታፈቅር፡ quem diligis, Gen. 22: 2. Et Jacob ያፈቅራ፡ tenerè diligebat illam, *Rachel*, Geneſ, 29: 20. Item ያፈቅሮ፡ አቡሁ፡ deamat illum pater ejus, Gen. 44: 20. መፍቀሪ፡ Amans, Amator. Hinc in Liturgia Æthiopica *Deus* vocatur መፍቀሬ፡ ሰብእ፡ Amator hominum. Conf. Tit. 3: 4. Ægypt. ΠΙΜΑΙΡΩΜΙ, idem, *Chriſtus.*)

III.

በኄራቱ፡ ለኖላዊ፡ (vel በኄራት፡ ዘኖላዊ፡) ይኄርው፡ መርዔት፡፡ Cum bonitate paſtoris bonus erit grex.

N o t æ.

Hoc Adagium quadrat in optimum *Regem*, ad cujus exemplum orbis omnis fingitur: Hic enim, teſte Poëta, eſt, & reverâ eſſe debet ποιμὴν λαῶν, *Paſtor populorum*, ac چوبان براي كوسفندان, *Paſtor pro ovibus*, h. e. ſubditis. Vel applicari poteſt ad ſupernarum Antiſtitem poteſtatum, i. e. *Paſtorem animarum*, qui ſumma cum fidelitate munere ſuo perfungitur, & honeſto exemplo Eccleſiæ ſuæ præeſt.

(ኖላዊ፡Paſtor, Geneſ. 38: 12. & ኖላዊት ፡ quæ paſcit. ኖላዊ ፡ ኄር ፡ Paſtor bonus, *Chriſtus*, Johan. 10: 11. 14. Et ዐቢይ፡ ኖላዌ፡ አባግዕ፡ magnus Paſtor ovium, Hebr. 13:20. Plur. ኖሎት ፡ Paſtores, Exod. 2:17.19. Sic ኖሎት ፡ አባግዕ ፡ Paſtores ovium, Gen.46:34. & 47:3. Et ኖሎት ፡ እንስሳ፡ Paſtores jumentorum, Geneſ. 46: 32. & 34.) (መርዔት፡Grex, Paſcuum : ut አባግዐ ፡ መርዔቱ ፡ Oves paſcui ejus, Pſal. 94: 7. Hebr. 95. Et Pſal. 99: 3. Hebr. 100. &c. Arab. مَرْعَاةٌ. Hebr. מַרְעִית, Paſcuum. Verb. eſt ረዐየ፡ Arab. رَعَي. Hebr. רָעָה, Pavit *gregem*. Rexit, Gubernavit.)

IV.

ዘርእየ ፡ ከይሴ ፡ ፈርሀ ፡ እምኔ ፡ ልሕጽ ፡ Qui vidit ſerpentem (draconem), timet ſibi à cortice.

N o t æ.

Qui expertus eſt, & vidit multiplicem & erraticum ſerpentis virulenti lapſum, *corticis* metu tenetur. Haud uſque abſimile dicunt Arabes: مَنْ لَسَعَتْهُ ٱلْحَيَّةُ مِنَ ٱلْحَبْلِ يَخَافُ, *Quem momordit ſerpens, à fune timet*. Nam ἐξ ὧν ἔπαθες, ἔμαθες. Et Turc. adag. زِيَانْ ايِدَنْلَرْ اوكْرَدِرْلَرْ. Vox ልሕጽ፡ denotat *Corticem*, ex quo conficiunt caniſtra. Et ለሐጸ፡ *Decorticavit*, denudavit ramos cortice. Legitur de Jacobo, Geneſ. 30: 37.

V.

ፍጡነ ፡ ዘየአምን ፡ ፍጡነ ፡ ይክሕድ ፡፡ Citô qui credit, citò abnegat.

N o t æ.

Huc ſpectat illud Eccleſiaſtici cap. 19: 4. Ὁ ταχὺ ἐμπιστεύων, κοῦφος καρδίᾳ. *Qui citò credit, levis corde eſt*. Ideò, juxta Phocylidis monitum: Μὴ πίστευε τάχιστα, *Ne crede citiſſimè*: vel, *Ne citò credideris*, Glaube nicht bald.

VI.

እምነ፡ ፍቁር፡ አብድ፡ ይኄይስ፡ ጸላኢ፡ ጠቢብ። Amico ſtulto melior eſt adverſarius prudens.

N o t æ.

